



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-662225-p0001-6

DFG

4. THESES
EX
UNIVERSO JURE,

QUAS
EX INDULTU INCLYTAE FACULTATIS JURIDICAE
IN ALMA UNIVERSITATE MAGUNTINA.

SINE PRAESIDE
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET
PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS

DEFENDET

PHILIPPUS CAROLUS
SACRI ROM. IMP. COMES
DE FUGGER a KIRCHHEIM

DIE XXIV, DECEMBRIS MDCCCLXXXV.

mane hora locoque consuetis.

MAGUNTIAE,

Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud JOANN. JOSEPH. ALEF,
Haered. HAEFFNER. 1785.



THESSALONI

EX

UNIVERSO JURE

GRAB

EX INDUTIA INSTITUTAE ACCELIATATIS IURIDICAE

AN ALIA UNIVERSITATIS MODERATIONE

SIME PARNASSI

ET CENSUS IN UTRICUMQUE MONDINAM ET
TUMPERIUM TIBI CONFERENDUM

DE LIBRIS

LIBERIS ET CANTORIS

ET LIBRIS ET CANTORIS

ET LIBRIS ET CANTORIS

ANNO MDCCLXXXVII

PROTZE

ET LIBRIS

ET LIBRIS

ET LIBRIS

EMINENTISSIMO
AC
CELSISSIMO
PRINCIPI ET DOMINO
DOMINO
FRIDERICO
CAROLO
JOSEPHO
SANCTAE SEDIS MAGUNTINAE
ARCHIEPISCOPO,
S. R. I. PER GERMANIAM
ARCHICANCELLARIO
ET
PRINCIPI ELECTORI,
EPISCOPO AC PRINCIPI
WORMATIENSI
DOMINO DOMINO MEO CLEMENTISSIMO

ARCHIVIUS LIBRARII

AC

CECILIAE LIBRARI

TRINITY LIBRARY
DOMITIAN

Has Theses suas, summa,
qua pars est, submissione

Dicat, Dedicat, Conferat

Servorum infimus

PHILIPPUS CAROLUS COMES DE FUGGER
a KIRCHHEIM

DEFENDENS.

DONATO BONINO Vnde CLEMENSISIMO



CORROLLARIA
EX
UNIVERSO JURE.

EX JURE NATURAE.

1. **A**nna Natura in statu naturali absoluto omnium hominum & jura sunt eadem & obligationes eadem, inde constat, nullam ullius hominis natura dari praerogativam, nec praecedentiam.
2. Augere aliorum perfectiones vel imperfectiones ab iis avertere est obligationis imperfectae, omittere vero eorum laefiones & obligationes, perfectae.
3. Successio, quam in defectum dispositionis defuncti lex civilis determinat, & quae ab intestato vocatur, in statu naturali locum habere nequit; pariter
4. Testamenta non sunt juris naturalis, nec

A 3

5. Prae-

5.

5

Praescriptio.

6. Societas conjugalis, dum sine consensu utriusque partis contrahi nequit, jure naturae nuptiae inter raptorem & raptam subfistere nequeunt, nisi haec libere postmodum consenserit.
7. Nullam legem praeter praecipientem & prohibentem in jure naturae admitto.
8. Armorum venditio aut donatio, facta uni ex partibus belligantibus non fundat jus belli adversus donantem aut vendentem.

EX JURE GENTIUM.

1. Existit revera jus gentium, a sola populorum voluntate ortum habens, distinctum a jure naturali.
2. Genti cuilibet competit jus non patiendi, ut gens alia se suo regimini, negotiisque publicis immisceat.
3. Si gens imperanti suo peculiarem titulum tribuit, eundem, ut & aliae gentes ipsi tribuant, exigere nequit.
4. Flumina inter duas nationes intermedia, non communia sunt, nisi in casu dubii omnimodi, ubi nequidem per presumptions de antiquiori possessione constet, aut pacta desint.
5. Legato, quamvis sanctimonia & inviolabilitas jure gentium debeat, haec tamen eo non porrigitur, ut is ad illam, si crimen adversus principis personam, aut rempublicam, ad quam est missus, committit, provocare possit.
6. Legatus juribus suis & privilegiis, antequam a principe, ad quem missus, non est agnitus non fruitur.
7. Naturaliter a gentium voluntate dependet, utrum velint vel non legatum sibi missum admittere.
8. Legatus potest subjici jurisdictioni loci, ubi commemoratur, exemplum praebet pax ultrajecti & soissone inita.
9. In regula vero contra Fleischerum in J. N. & G. contendeo, legati personam in caussis civilibus non dependere a jurisdictione Monarchae, ad quem mittitur.

10. Vera

-
10. Vera violatio juris gentium erat comprehensio residentis Lusitanii anno 1668 Haagae facta aeris alieni causa.
 11. Unitis Americae septentrionalis provinciis merito vi juris gentium europearum concedebaratur jus mittendi legatos quamprimum a Gallia vi pacis ut Respublica independens considerabantur.
 12. Cuilibet genti competit jus neutralitatis.
 13. Ludovicus XV. Rex Galliae Batavos, quamprimum subsidia haeredi Caroli VI. contra Galliam mittebant, de jure non amplius ut gentem neutralem, sed revera ut hostes considerabat.

EX JURE PUBLICO UNIVERSALI.

1. Imperii suprema lex est: publica salus, intra hujus fines imperium civile est restringendum.
2. Si dubium est, an quod ab imperante civitatis determinatum est, saluti publicae con- vel dis- conveniat, praesumptio & pro imperante civili est.
3. Ex consensu populi in imperium civile oritur submissio propriae cuiuscunque voluntatis, imperantis voluntati. In imperante vero oritur obligatio praestandi ea, ad quae ex legibus naturae de pace & securitate praestanda obligatur, minime itaque consentiendum Hobbesio, imperantem nullis pactis nec tacitis se obstrinxisse populo.
4. Nulla ex causa nequidem ob religionem aut ejus illibatam conservationem, quae non raro velum est, subditi arma adversus imperantem arripere queunt.
5. Monarchomachorum & Machiavelistarum spernenda est sententia.
6. Imperium civile naturaliter ex pacto repetendum, vique originis penes populum erat, hinc imperans civilis majestatem habet a populo, minime vero immediate a Deo.

7. Civi-



- ■ ■ ■ ■
7. Civitas naturaliter constituitur pacto unionis & subjectionis.
 8. Liberis rebus publicis aequae ac aliis summis principibus competit
jus quascunque dignitates conferendi.
 9. Reges electivos summam potestatem habere perperam negat
Hobbesius.
 10. Majestati neque clientela, neque pactum de alterius majestate
comiter reverenda, neque annua pensio, neque nexus mere
feudalis obsunt.
 11. Tutor regius, qua talis, propria majestate non gaudet.

EX JURE PUBLICO IMPERII.

1. Suprema judicaria potestas, merito inter jura Imperatoris re-
servata numeratur.
2. Jus eundi in partes in materia mere politicis plane exultat.
3. Ad legitimam in partes itionem sola majora illius partis, quae a
reliquo corpore secessum facit, minime sufficiunt.
4. Imperator proprio jure jus primariarum precum exercet, nul-
loque ergo Pontificis indulto indiget.
5. Electio Regis romanorum decerni non debet inscio & inconsulto
Imperatore, eo invito vero decerni potest, nisi justas dissensus
causas allegare possit.
6. Directorium in comitiis residet penes Electorem Maguntinum,
quem Capitulum sede vacante representat.
7. Jus capitulandi, id est: jus modum regiminis eligendo praec-
scribendi, Electorum proprium est, Principibus exclusis; eo-
demque fundamento
8. Electoribus pariter jus adcapitulandi tribuitur.
9. Recursus ad comitia a sententiis supremorum Imp. tribunalium
in regula non est fundatus.
10. Electores filio primogenito tutorem alium, quam proximum
agnatum intuitu electoratus dare nequeunt.

11. Archi-

- 9
11. Archiofficia saecularia sub Carolingis arbitraria & ambulatoria fuisse constat, sub Imperatoribus vero Saxonibus perpetuo illa per quatuor summos provinciarum duces fuere administrata, adeo, ut exemplum ullum in contrarium nemo quisquam probatus autor vel afferat vel afferre possit.
 12. Brocardicon: augusta fruitur iisdem privilegiis quibus Augustus, non est universaliter verum,
 13. Dum Imperator vult erigere novum Electoratum, tantum requiritur Electorum consensus.
 14. Vicarii Imperii ex primaeva sua institutione possunt ea omnia agere, quae conducunt ad saltem & tranquillitatem imperii publicam, etiam si in aurea Bulla non sint comprehensa,
 15. Germania non est sistema foederatarum civitatum, sed una civitas ex pluribus rebuspublicis composita, & quidem Monarchia admodum limitata.

EX JURE PUBLICO CANONICO.

1. Societas hierarchica divinae originis est, & societas inaequalis.
2. Jus canonicum non ex Pontificis praecepto, sed ex usu, quatenus voluntarie receptum, juri civili in certis materiis praevalet.
3. Potestas Episcoporum regitiva immediate a Christo profuit, cum apostolorum veri successores sint.
4. Exemptio clericorum in causis civilibus a foro saeculari non est juris divini, sed positivi humani.
5. Pactum inter Adrianum Pontificem & Carolum Magnum Imperatorem saeculo octavo initum inepte rejicitur, ut pactum quoddam fictitium.
6. Dignitates post Pontificales in cathedralibus maiores, & in collegiatis ecclesiis principales sedi romanae non reservatas esse concordatorum textus & acta comprobant.

B

7. Con-

- — — — —
7. Concordata partes compacientes in vim pacti obligant, quibus nulla plenitudo potestatis quid detrahere potest, unilateralē eorum igitur interpretationem jure deprecatur inclita Germaniae natio.
 8. Ex jure regio supremae inspectionis competit principi jus placeti regii circa Bullas ecclesiasticas.
 9. Et jus condendi legem amortizationis.
 10. Statibus catholicis in suos subditos augustanae confessioni addic-tos, jurisdictione ecclesiastica jure denegari non potest.
 11. Potestas protestantium ecclesiastica ad status imperii evangelicos minime pervenit ex ecclesiae delatione, sed ex illo brocar-dico, tempore pacis Westphalicae a protestantibus ipsis de-fenso: penes quem est regio, penes eum est religio.
 12. Jus transplantandi subditos, quatenus emigrationi necessariae substituitur, & emigrationem voluntariam non impedit, legi-bus imperii non est contrarium.
 13. Annus decretorius perperam ad opicum tribus extenditur.
 14. Jurisdictione supremorum imperii tribunalium in causis prote-stantium ecclesiasticis optime fundatur.

EX JURE PUBLICO TERRITORIALI.

1. Jus leges ferendi est pars essentialis superioritatis territorialis.
2. Jus archiva instituendi perperam censetur inter jura ex superio-ritate territoriali fluentia.
3. Superioritas territorialis statuum imperii supremae imperatoris inspectioni subjet.
4. Status imperii vi superioritatis territorialis tributa a subditis suis proprio nomine & jure exigunt.
5. Civitatibus imperialibus plene competit superioritas territorialis.

EX

EX JURE CIVILI ROMANO.

1. Filius praesumitur legitimus, et si mater eum ex adulterio natum profiteatur.
2. Legatarius quoque testis esse potest in testamento nuncupativo.
3. Venditor rem primo venditam alteri vendens & tradens, primo emtori tenetur ad id, quod interest.
4. Transactio de relictis in testamento valet, etiam non inspectis testamenti verbis.
5. Filius familias nec de profectiis irregularibus testari potest.
6. Donationes mortis causa, manent tales, et si pactum de non revocando adjectum sit.
7. L. 3. Cod. de rescind. E. V. se extendit ad contractus quoscunque onerosos, transactio tamen excipienda videtur.
8. Pecunia Iustifica est peculii advenditii ordinarii.
9. In mutuo dominium transfertur.
10. Quadrigam actionum mixtarum rejicio, petitionem haereditatis tantum realem, reliquas vero, scilicet communi dividendo, familiae erciscundae, finium regundorum solum personales dicendo actiones.
11. Dominum directum, lapsum canonem absque protestatione recipiendo, juri caducitatis renuntiassè, falsum est.
12. Quoties fidejussor, ad supplendum aetatis defectum succurrerit, toties restituto minore, non restituitur & fidejussor.
13. In litterarum obligatione elapsò biennio debitor est audiendus; si probare velit, solutionem fibi non esse factam.
14. Minor non potest tutelam suscipere, et si impetraverit veniam aetatis.
15. Periculum rei in specie venditae, nondum vero traditae spectat ad emtorem.
16. Mulier recte renuntiat SC. Vellejano, non idem filius familias SC. Macedoniano.

B 2

17. In

- — —
17. In actione rescissoria non datur duplex remedium, rescindens scilicet & rescissorium.
 18. Actio Pauliana optime refertur ad actiones personales in rem scriptas.
 19. Beneficium excussionis in regula tertio Hypothecae specialis possessori competit.
 20. Vendita haereditate venditum etiam censetur jus ad crescendi.

EX JURE GERMANICO PRIVATO.

1. Judex patrimonialis in proprio suo judicio conveniri potest.
2. Nobilis emens praedium operis rusticibus obnoxium non potest se iisdem eximere, ob personae qualitatem.
3. Operae rusticorum determinatae in dubio stricte sunt explicanda.
4. Ex mortuarii praestatione, obligatum ad illud, inter homines proprios esse referendum, non presumitur.
5. Contractus cambialis ad nullam contractuum romanorum speciem referendus est.
6. Maxima est cambii & obstagii differentia.
7. In avallo omnia ex jure cambiali dijudicanda sunt.

EX JURE CANONICO PRIVATO.

1. Episcopus excommunicatus, suspensus, &c. si non licite, valide tamen confert sacros ordines.
2. Matrimonium, etiam per procuratorem initum in vim sacramenti valet.
3. Sponsalia facta accedente copula, nec per se, nec per accidens ad ducendum obligant.
4. Matrimonium sub voto in perpetuum servandi castitatem summo jure valet.

5. Hoc

5. Hoc si legitime contractum & consummatum, non nisi sola morte dissolvitur.
6. Hodie aliquati satis juris est, decimas jure divino non deberi, et si sustentatio congrua ministris Dei debeatur; quum nihil aequius, quam ut qui aliorum ministerio se dedit, ab iisdem etiam sustentetur.

EX JURE FEUDALI.

1. Concesso castro cum jurisdictione in feudum in dubio regalia non videntur concessa.
2. Feuda nova masculis liberis computantur in legitimam.
3. Investitura solennis jus in re, non vero possessionem simul tribuit vasallo.
4. Legitimati per subsequens matrimonium succedunt in feudum.
5. Vasallus feudum vendens, ut ut mox resusat, tamen incurrit poenam caducitatis.
6. Vasallus saltam partem feudi invito Domino alienans, solum partem alienatam amittit.
7. Potest successor feudalis, repudiato allodio, succedere in feendum, excepto filio, qui utrumque aut acceptare aut repudiare debet.
8. Agnatus feendum antiquum, in agnatum remotiorem in praejudicium proximioris agnati transferre non potest.
9. Privatus feendum nobile acquirens non fit nobilis.
10. Feendum emtitum non est feendum impropprium.
11. Laudemium Domino proximo est solvendum.
12. Absentia unius vel alterius inter pares curiae non extinguit jurisdictionem.
13. Investitura abusiva iducit neque commune jus in re, neque jus ad rem.

- — —
14. Exspectativae sunt jure feudali licitae.
 15. Feudum in re mobili & interveniente pecunia constitui potest.
 16. Successio foeminarum in feudis semper praesumitur subsidiaria, etiam si feudum a foemina penitus esset acquisitum.

EX JURE CRIMINALI.

1. Mandans aliquem vulnerare, et si expresse addiderit, ne occidat, tenetur de occiso, si ex vulnere alter mortuus fuerit.
2. Committitur etiam crimen laesae maiestatis, quando privatus in republica ad eam evertendam vel labefactandam varios motus, aut in eam rem, illicita conventicula excitavit.
3. Sacrilegium etiam est, quando pecunia privata ex loco sacro surripitur.
4. Perpetrans delictum de se infamans, si in sententia infamia nec sit expressa, nec fama specialiter reservata, adhuc infamis habendus erit.
5. Si plures sunt vulnerantes, sed non constet, quinam lethale vulnus inflixerit, potius praefstat omnes a poena ordinaria absolvere atque ita eos tantum poena extraordinaria punire.
6. In criminalibus reo purgatorium, actori supletorium juramentum judex imprudenter deferit.
7. Restitutione rei furto ablatae, per furem facta, poena extraordinaria tamen adhuc obtinet.
8. Non nisi subditos crimen laesae Majestatis & perduellionis committere posse, omnes satentur.
9. Jure romano forum delicti unice competens erat, hodie vero aliter.
10. Forum privilegiatum habent Legati principum, qui mittentis jurisdictionem agnoscent. Num vero in eos, qui in eorum servitio sunt, criminalis jurisdictione competit mareschallo hereditario disputatur.
11. In determinatione poenarum dignitas non est attendenda.

Ex

EX JURE PRIVATO PRINCIPUM.

1. Primogenitus, et si haeres, non tenetur factum defuncti, jus primogeniturae intervertentis praestare.
2. Partus illustris, non ex usu familiarium illustrium editus, pro incerto habendus est.
3. Principes imperii Majestate non gaudentes, in testamentis suis solemnia juris communis servare tenentur.
4. Senatusconsultum Maced. in ipsis Germaniae Principibus admissum est.
5. Successionis inter illustres fundamentum condominium esse afferro.
6. Qualicunque divisione illud non tollitur, sed requiritur totalis, quae tamen
7. In dubio in familia facta esse non praesumitur.
8. Ad legitima principum protestantium matrimonia, benedictione sacerdotali opus non est.
9. Successor ad ea tantum antecessoris facta tenetur, quae vel tanquam dominus territorialis legitime in vim obligandi perpetuum peregit, vel intuitu quorum alia specialis ratio subintragat.

EX PRAXI IMPERII COMMUNI ET SUPREMORUM IMPERII TRIBUNALIUM.

1. Reconventio ut effectum simultanei processus sortiatur, necessario ante litis contestationem opponenda erit.
2. Opposita exceptione judicis incompetentis Judex ipse, qui incompetens dicitur, hanc ipsam causam dijudicat.
3. Formatum Principis dicasterium recusari posse defendo contra Syndermaler.
4. Clausula salutaris libello adjici solita, solidi fundamento destituitur.

5. In.

5. In libello actionis nomen non est exprimendum.
6. Etiam in processu summario desideratur libellus.
7. Remedium revisionis adversus sententiam ter conformem in Camer. Imp. locum habet.
8. Judex Camer. Imp. gaudet voto decisivo in casu parium.
9. Priviliegium de non evocando aut non appellando hand obstat, quominus iurisdictio supremorum imperii tribunalium ex continentia causarum fundari possit.
10. Judicio imperiali aulico iurisdictio in statuum imperii Legatos in aula caesarea degentes in thesi haud competit.
11. In recurso ad comitia a supremo alterutro imperii tribunal informatio prius exigenda est.
12. In causis mandatorum cessant austriacae tam legales quam conventionales.
13. Judicata camerae valent in vim legis.



ULB Halle
006 398 782


3



vol 18







THESES
EX
UNIVERSO JURE,

EX INDULTU INCLYTAE FACULTATIS JURIDICAE
IN ALMA UNIVERSITATE MAGUNTINA.

*SINE PRAESIDE
PRO SUMMIS IN UTROQUE JURE HONORIBUS ET
PRIVILEGIIS RITE CONSEQUENDIS*

REFENDET

PHILIPPIUS CAROLUS

SACRI ROM. IMP. GOME

DE FUGGER a KIRCHHEIM

DIE XXIV, DECEMBRIS MDCCCLXXXV

mane hora locoque consuetis

M A G U N T I A E,
Ex Typogr. Elect. Aul. Acad. privil. apud JOANN. JOSEPH. ALEF,
Haered. HAEFFNER. 1785.

